

Salvus Conductus, Cautio, responsiones & quidē iisdem verbis, uti prolatae sunt: confrontationes; gestus & mores, constantia vel inconstantia dictorum, decreta, & quae sunt similia, sicuti infra *artic. 15. & 181.* plenius explicabitur. Cum primis autem adscribere oportet die Uhrgicht / quae vox itidem occurrit in *artic. 47.* Per illam vocem nihil aliud significatur, quam reorum inquisitorum ad interrogata responsio: quando nimirum in iudicio vel sponte vel interveniente torturâ incarceratus fatetur delictum vel ex toto, vel ex parte. Non debet tamē in ipso cruciatu examinari ad certos articulos, sed saltem interrogari, an velit fateri: quod si affirmet se confessurum, tum remissâ demum torturâ ad singulos articulos ordine & circumstantialiter examinari poterit. Et quando tertiô die post exantlatos cruciatus factam antea confessionem, in absentia tamen Carnificis repetit, & ratificat, illa demum ratificata confessio vocatur die Uhrgicht. Putant vocem illam componi ex antiquo vocabulo Uhr / quod oppositum alteri voci obtinet vim intensivam. v. gr. Uhr alt / id est, valdè antiquum. Urkunde; hoc est, id certè valdè certò fateor illò documentò. Et voce Sicht / quae olim denotabat famam, hinc gichtiger Mund / idem est ac fama Leumuhlt / vide Wehnerum in *Observ. Practic. voce Besieben / vel Besiebnen pag. 51.* postea significare cœpit confessionem propriam, quâ fama de aliquo haecenus dispersa confirmatur. Hinc Uhrgicht est rei inquisiti extra torturæ cruciatum ad articulos super delicto accusato ejusque qualitate formatos congrua & apta responsio: quae ita continet magnam confessionem, quatenus vel condemnationem, vel etiam absolutionem secum trahit. 3 Jurare tenetur Actuarius, quod juxta Ordinationem ipsius Caroli V. ex ipsius præscripto singula velit agere, notare, consignare, & accuratè custodire, de quibus insequentibus pleniora tradentur.

ARTIC. VI.

De capturarum, ex officio magistratus

Annehmen der angegebenen Ubelthäter / von der Obrigkeit von Amts wegen.

So jemand einer Ubelthat / durch gemeinen Leumuhlt / berüchtiget / oder andere glaubwürdige Anzeigung / Verdacht und Argwöhnig / und derhalb durch die Oberkeit von Amts halben angenommen würde / der soll doch mit peinlicher Frag nicht angegriffen werden / es sey dan zuvor redlich / und derhalb gnugsame Anzeigung und Vermuthung / von wegen derselben Missethat / auff ihn glaubwürdig gemacht: Darzu soll